

110016



V

In

â D



est
me
ge
cu
tra
ad
ne
ta
se
Be
co
qu
co
m
pr

VERITATES ÆTERNAE

Ex Sacra Scriptura excerptæ,

AC

In triduana Recollectione ho-
rarijs meditationibus Expensæ

â DD. Sodalibus Congregati-
onis Majoris Labacensis.

Anno 1737.

PRÆFATIO.



Ostquam reliquo anni tempo-
re per varia negotia anima
nostra vagata est , ad breve
tempus ad se ipsam redeat ,
est necesse. Monitum D. Bernardi est :
memento interdum reddere te ipsum tibi. A-
gendo externa multa , & conversando
cum externis multis , multas sæpè con-
trahit maculas , quas non nisi redeundo
ad se potest expurgare. Tunc illa actio-
nes suas explorat ad regulas æternæ veri-
tatis ; nec jam quid vani homines de ijs
fentiant , sed quid DEUS , examinat.
Beata anima , quæ nunc rationes suas
componit cum Domino, ac Creatore suo,
quas si de die in diem differat , nunquam
componet. *Nunc tempus acceptabile ;*
nunc dies salutis. 2. Cor. 6. v. 2. Quid
prodest semper versari extra se , & alie-

A

nis

nis à se adhærere curis? domum propriam redeundum est ad expiandas veteres prævaricationes, & futuras præcavendas. *Redite prævaricatores ad cor.* Isa. 46. v. 8. Ad beatum hunc intra nos recessum invitat nos solemnis hac vltimâ quadragesimæ hebdomadâ memoria patientis DEI, qui prodigus sui, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerâ nostra. Isa. 53. v. 5. Ut quām gravia sint nostra vulnera, pro quibus necesse fuit Dominum JESUM vulnerari, intra nos collecti, nobiscum ipsi expendamus. Recessus iste cordis nostri, sacra quædam solitudo est, quæ Divini nos Magisterij, & instructionis DEI intus loquentis, participes reddit. Promisit id Divinus Sponsus, & castus amator animarum nostrarum: *ducam eam in solitudinem & loquar ad cor ejus.* Oseæ 2. v. 14. Quis capiat, quanta sint, quāmque profunda, ac recondita mysteria, quæ Cœlesti Magistro intùs loquente discit homo internus, ac intra se collectus, quæ inter confusos mundi strepitus, ac intestinos discordium passionum tumultus non audit homo ad exteriora effusus. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI.* Imò talis Divina illustratio stultitia est illi, & non potest intelligere. I. Cor. 2. v. 14.

Ut

Ut tamen DEUS per interiora lu-
mina, & impulsus internos animæ se
communicet, 1. Necesse est, ut homo
magno ac liberali animo accedat ad ex-
pendenda sancta hæc veræ, ac cœlestis fa-
pientiæ dictamina; neque aliis medita-
tionum harum sit scopus, quam ut pro-
ficiat in cognitione ac amore DEI, in
Virtutibus statui suo convenientibus, in
odio, & fuga peccati. 2. Oportet in re-
collectione specialiter omnia etiam levissi-
ma deliberata peccata conari vitare,
quia *per peccatum veniale retardatur affec-
tus hominis*, ne promptè in DEUM fe-
ratur. S. Thomas 3. p. q. 78. art. I. 3.
Hoc præcipuè tempore sensus externi
custodiendi sunt per cautam, castamque
oculorum modestiam, & taciturnitatem
linguae, ne subingredientia per sensus
in animum alia objecta, internam quie-
tem, Divinasque cogitationes intertur-
bent. 4. Identidem oportet internos
igniculos fovere per preces jaculatorias,
quarum nonnullas subijcio.

Loquere Domine, quia audit ser-
vus tuus. 1. Reg. 3.

Vias tuas Domine demonstra mihi,
& semitas tuas edoce me. ps. 24.

Inclina cor meum in testimonia tua,
& non in avaritiam. p. 118.

Notam fac mihi Deinine viam, in

qua ambulem: quia ad te levavi animam
meam. ps. 142.

Vanitatem, & verba mendacia lon-
gè fac à me. prov. 30.

Domine incurvatus sum , & non
possum nisi deorsum aspicere ; erige me,
ut possim sursum intendere. S. August.
in manual. cap. 31.

Serò te cognovi veritas antiqua ! se-
rò te cognovi veritas æterna ! Idem soli-
log. cap. 33.

Serò te amavi pulchritudo tam an-
tiqua, & tam nova ! serò te amavi ! Id.lib.
10. Confess. cap. 27.

O ignis, qui semper ardes , & nun-
quam exstingueris , accende me. O lux,
quæ semper luces , & nunquam offusca-
ris, illumina me. O utinam arderem ex-
te. Id. solilog. c. 34.

Affectus.

Quotidie repetendus.

Misericordissime DEUS, qui omnes
salvos cupis: qui non vis mortem pecca-
toris , sed magis, ut convertatur , & vi-
vat. Qui ut me salvum redderes , exina-
nitâ Majestate factus es obediens usque
ad mortem crucis. Qui inter media salu-
tis me quoque vocâsti ad veritatum æter-
narum considerationes , augendūmque
per eas fidei lumen. Adoro , & comple-

ctor

Aor toto corde hoc Divinæ Tuæ Clemencie consilium, & omni possibili modo se positis omnibus alijs negotiis, hoc triduum tui amori, & meæ saluti impendere studebo. Tu per triginta tres annos me ovem perditam quæsivisti, & post innumera alia tormenta tribus horis inter acerbissimos dolores pro me in cruce suspendisti: in memoriam hujus ego triduum hoc Tibi cognoscendo, ac redamando impendam. Tu amore mei oculos in mortem clausisti: ego amore tui hoc præcipue triduo oculos meos avertam à vanitate, & insanijs falsis. Tu amore mei obmutuisti, velut ovis coram dentibus se, & non aperuisti os Tuum: ego hoc triduo, amore Tui non effundam os meum in res vanas & ludicras; refrœnabo per modestam taciturnitatem linguam meam, nec alias mihi erit sermo, nisi Tecum, vel de Te. Tu in siti amara post exhaustum copiosissimum sanguinem potatus es felle & aceto: ego per hoc triduum saltem solitô magis gulam mortificabo. Verbo: Tu DEUS Meus totum te mihi impendisti, & superimpendisti: ego quoque me, opus manuum tuarum, totum tibi, tuique amori impendam, & superimpendam Tu DEUS quod dedisti velle, da etiam perficere: da, ut ex hoc momento ita incipiam

piam servire Tibi , ut abeato hoc servi-
tio nunquam deficiam.

MEDITATIO I.

De Cura Salutis.

Quærite primum regnum DEI. *Mattib.*
6. v. 33.

Punctum I.

Si quis supra terram elevatus in subje-
ctum orbem oculos deijceret, pleros-
que homines varia molientes consilia,
diversa tractantes negotia conficeret;
sed quām pauci ex his omnibus reperi-
rentur tractantes negotium salutis suæ.
Arator sæpè non sibi , sed alijs arat : *ali-
us est, qui seminat, & alius, qui metit.* *Joan.*
4. v. 37. Causidicus alienis causis patro-
cinatur , judex alienas lites dijudicat ,
scriba aliorum rationibus calamum im-
pendit , consiliarius alijs consulit . At
quām rari sunt, qui sibi seminant, ut ipsi
metant, qui suæ saluti patrocinantur, qui
semetipos dijudicant , qui rationes ani-
mæ suæ componunt , qui propriæ confu-
lunt æternitati. *Quid externas res mül-
tum curas , quæ tam multas & inanes ti-
bi faciunt curas ? inutili & stulto labore
consumeris.* *Exod. 18.* Respice finem tu-
um , & secundum finem tuum , ut utilia
sint negotia tua , servias DEO , &
per hoc age negotium animæ tuæ. *Mise-
rere*

rere animæ tuæ placens DEO. Eccli. 30.

v. 24. Rogamus vos, ut operam detis, ut
quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis.

i. Thessal. 4.

II. Negotium animæ tuæ sit pri-
mum, sit summum, sit unicum, omnia ad
id tanquam media referendo. Primum
sit, ut nullum ante hoc tractes. Ordina-
ta charitas incipit à se: *qui sibi nequam,*
cui bonus erit? Eccl. 14. v. 5. quærite pri-
mū regnum DEI. Quantūm aberrant,
qui negotium salutis suæ in ultimum vi-
tæ momentum coniiciunt; & cum labo-
ri nulli amplius pares erunt, tunc primò
negotium æternitatis assumere statuunt.
Moniti de salute sua reponunt: se non
habere tempus; & quando tandem erit
tempus curandæ salutis? tunc nempe,
cùm vel improvisâ morte amittent tem-
pus, vel morbo fractis *tempus non erit am-*
plius. Apoc. 10. v. 6. *Quid prodest homini,*
si mundum universum lucretur, animæ vero
suæ detrimentum patiatur? Aut quam da-
bit homo commutationem pro anima sua?
Matth. 16. v. 26. Negotium hoc sit sum-
mum, quia per hoc agitur de tota animæ
immortalis æternitate. Hanc si perdi-
mus, quid proderunt possessa ad breve
tempus fluxa omnia? non emo capite co-
ronam, ajebat Tertull: Nihil stultius,
quam caput præcidendum dare pro lu-
cran-

cranda corona : nihil insanum magis ,
quàm pro habendis divitijs , honoribus ,
voluptatibus animam periculo obijcere ,
quâ perditâ reliqua omnia perierunt :
stulte hæc nocte repetent animam tuam , &
hac perditâ quomodo bonis fruēris , quæ
â te auferentur ? quæ parâsti , cuius erunt ?
Luc. 12. v. 20. Fateri debebis cum Hen-
rico VIII. infelici Anglorum Rege :
amici , omnia perdidimus ! Naufragi in
mare projiciunt bona fortunæ , ut vitam
corporis servent : tu in communi mundi
naufragio animam projcis , ut bona for-
tunæ serves. Thales gentilis Philoso-
phus nunquam se felicius navigasse dixit ,
quàm dum naufragiô bona fortunæ per-
didit , & servavit animam sapientiæ capa-
cem : tu magnam rem fecisse te arbitra-
ris , si per suminam amentiam animam
exponas , nil profutura bona defenden-
do. Omnia si perdas , animam servare
memento. Si *unicum* hoc negotium per-
fecisti , beatus eris sine termino : quid-
quid fecisti ad hoc negotium non condu-
cens , perijt , in fumum abiit , imò in
flammam degeneravit , te excruciaturam.

III. Quid ergo solitus es , & tur-
baris erga plurima ? *unum est necessarium.*
Luc. 10. Cura animam tuam ; hanc cu-
rando optimam partem elegisti , quæ â
te non auferetur in æternum. Reliquæ
omnes

Historia: Adolescenti cuidam vanissimo, & diu nullam rei piæ meditacionem admittenti, vir quidam Religiosus hanc sententiam ingesserat: *subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Isa. 14. 11. Quibus verbis ita motus est, ut ijs tota nocte memoriarum obversantibus, mundum fastidire cœperit, & sequenti mox die ad Religionis portum confugerit. Platus de bono statu Religiosi lib. 3. cap. 38. Memento homo, *quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. 3. 19.

MEDITATIO IV. De Æternitate.

Annos æternos in mente habui. ps 76 v.6.

I. **H**æc tenus in limine inter terrores & minas constitimus; nunc ad feralem suppliciorum circum, *ad locum tormentorum* descendimus, Luc 16. Salubri cogitatione expensuri pœnarum acerbitatem, & diuturnitatem. *Æternus est, æternus est Rex ille, qui minatur; æternitas, æternitas res illa, quam minatur.* Ut velut in umbra hæc contempleris, imaginare tibi, quām infelix sit, qui ob crimen Majestatis è patria longè ejectus est, in tetricum, ac soli inaccassum

detrusus carcerem, plenum anguis, & draconibus, cuius collo appensum sit putrescens cadaver, nec spes ulla sit hanc pœnam nisi morte claudendi. Umbra haec est supplicij, immo beatitas esset damnatorum. Exules iij sunt è patria cœlesti, è regione viventium; ejecti sunt in tenebras exteriores; habitant in cubilibus leonum & draconum; viva cadavera ipsi undique conjuncta sunt; ferri igniti instar ignem inferorum undique sibi implexum habent; contubet nium eorum cum fœdissimis dæmonum spectris. Verbo: sine admixtione ullius boni, omnia & sola mala in hoc exilij loco miseris sunt relata. Qui jam illorum gemitus? quæ suspiria? quæ veteris ignaviæ & amentiæ exprobratio? dum facili mercatu cœlum emere potuissent, & ejus loco inferorum sibi supplicia comparârunt. Examinate, an non eadem cum ijs viâ gradiaris? eandem vivendi rationem teneas? perinde ac iij feriam pœnitentiam in fine vitæ differas? Aliamne ergo ab ijs mercedem expectare potes?

II. Estne tamen aliquid, quod infelices has creaturas inimicas DEI soleatur? unicum miserorum solamen est, quod non erit semper sic: erit malorum tandem finis. At in damnatis omnia sunt sequiora. Sicut beati semper sunt

cer-

certi de suæ felicitatis perpetuitate ; ita
damnati semper sunt certi de suarum ca-
lamitatum , & suppliciorum æternitate.
Maxima damnatorum felicitas esset , si
spem finis haberent ; imò si vel momen-
tô oblivisci possent æternitatis. Attere-
rentur milleni & milleni montes chaly-
bei affrictu muscæ post millesimū quem-
que annum redeuntis : ex damnati uni-
us lachrymis , si hæ non arescerent , im-
mensi & innumeri nascerentur amarissi-
mi oceani : arenæ maris millies & milli-
es multiplicatæ tandem post longissimas
subtractiones tollerentur : Et post tam
horrendè diuturna tempora nihil adhuc
deceptum est de pœnali æternitate. Pe-
rinde reprobi ardebunt in æternum , ac
si nihil adhuc arsissent , Ardebunt miseris
in igne æterno in æternum. Bern. lib. medi-
tat. cap. 4. *Desiderabunt mori , & mors*
fugiet ab eis. Apoc. 9. *In gehenna miseris*
mors erit sine morte , finis sine fine : guia
sibi mors vivit , & finis semper incipit. Greg.

III. O stultum proinde mercatum :
pro momentanea voluptate non desitura
sibi accersere supplicia ; sumo vanitatis
vendere æternum gloriae pondus in cœlis ,
emere pœnarum æternitatem ! Credisne
hæc peccator ? imò ea vivaciter credere ,
& scire refugis , ne tibi expungant amo-
rem voluptatum , quô insanis. Aver-

fariſ omniem paternam admonitionem ;
quæ te ad pœnitentiam provocat ; imita-
ris illos , de quibus ps. 57. dicitur : furor
illis secundum similitudinem serpentis : sicut
aspidis surdae , & obdurateſ aures ſuas ,
que non exaudiet vocem incantantium , &
venefici incantantis ſapienter . Hinc origo
tuæ ſpontaneæ , & affectatæ damnatio-
nis . Tantò tu ſerpente inſipientior es ,
quòd ſerpens aures obduret ad ſervan-
dam vitam , tu ad eam perdendam , &
accerſendam mortem immortalem . Ser-
pentis inferi venenatos ſibilos libenter
audis , ut olim Eva in paradiſo : ad vo-
cem Domini autem obduras cor tuum .
Ut à peccato præſerveris , in omni ten-
tatione memento æternitatis ; ante-
quam negotium aliquod fuſcipias , præ-
cipuè dum de ſtatu vitæ deliberas , con-
ſule æternitatem . *Temporalia ſunt ſemi-
na æternitatis.* Bern.

Lectio Thomæ Kemp. lib. I. cap. 24.

Historia : Mitridates famoſiſſimus
Ponti Rex , cùm ad evitandam ſervitu-
tis ignominiam non niſi morte viam ſibi
patere cerneret , veſenō medicatum po-
culum exhausit ; ſed cùm huic jam an-
teà affveviſſet , videbat inde ſe nutriri ,
unde mortem ſibi accerſebat . Hinc in-
gemuit eò ſe infelicitatis deveniſſe , ut
ne quidem mori ſibi liceret . Plutarchus .

Hæc

Hæc damnatorum conditio est: ignem semper mortiferum sentient, & in eodem igne semper conservabuntur: *Dabunt ignem in carnes eorum, ut comburantur, & semiant usque in sempiternum.* Judith. 16. 22. *Quærent mortem, & non invenient eam: desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Apoc. 9. 6. Horum consideratione non imeritò exclamavit Emifenus: *Væ, væ, væ! quibus hæc prius experienda sunt, quam credenda.*

MEDITATIO V.

De Filio Prodigio.

Surgam, & ibo ad Patrem, & dicam:
Pater peccavi in cœlum, & coram te:
jam non sum dignus vocari filius tuus.

Luc. 15.

I. **H**aec tenus dicta omnino sufficiunt, ut anima ad se revertatur, sèque respiciat: quonam in statu sit? odiōne, amore digna sit? & quomodo per pœnitentiam ad viam salutis debeat reverti? Formam hominis ad meliorem frugem redeuntis exhibet Christus in parabolæ filij prodigi. *Luc. 15.* quam in præsenti expendimus. Et primò quidem initia malorum meditemur: Abiit adolescens tior filius ex domo paterna, sollicitus amore voluptatum & libertatis. Infelix

libertas, quæ hominem reddit suarum
mancipium cupidatum! super te appre-
situs tuus, & tu dominaberis illius. Gen. 4.
Inferiora superioribus, Cœca passio rati-
oni subdita sit, oportet, ut monet Ari-
stoteles in Politicis. Quoties è cavea in
libertatem avolavit avis, sed ab accipitre
deprehensa perijt! Quàm raro, præma-
turo impetu sub specie libertatis obed-
entiæ jugum excutientes juvenes, un-
gues tartarei prædonis effugerunt! Vo-
luptas insidiosa Circe est, quæ incautis
sub pulchro poculo venenum propinat:
noxia sub dulci melle venena latent. Ex-
pertus id est Jonathas, & ingemuit:
gustans gustavi paululum mellis, & ecce mo-
rior! I. Reg. 14. 43. Filius prodigus ut
liberius genio indulgeret, fugit conspe-
ctum patris; quàm perniciosum est ob-
livisci præsentiaz DEI! addixit se pravis
socijs, nempe adolescentiaz pesti. Cum
his *in regione longinqua dissipavit substancialm suam luxuriose vivendo.*

II. Sed jam, quomodo ad pœnitentia-
tiam rediverit, consideremus. Dissipatâ
substancialâ, exortâque fame valida cepit
egere mundo ipsi viliis, cuius infidam ami-
citiam expetijt: deserunt eum jam ino-
pem veteres contubernales. *Donec eris*
felix, multos numerabis amicos: tempora
si fuerint nubila, nullus erit. Ovid. In gra-

viorem lapsus indigentiam addixit se uni
civium ; nobilibus ortus natalibus factus
est subulcus , missus in villam , ut pasce-
ret porcos ; loco dapum paternarum cupic-
bat implere ventrem suum de siliquis , quas
porci manducabant , & nemo illi dabat . Ap-
plica hæc ad infelicem sortem peccatoris ,
qui à DEO , parente optimo recessit , dis-
sipavit gratiam sanctificantem , jus ad cœ-
lum amisit , addixit se dæmoni , in sordi-
bus & cœno volutatur , squallet in ege-
state , infamis est coram mundo , despi-
cibilis Angelis , exosus DEO . Ubi est
prior jubilus innocentis conscientiæ ? ubi
tranquillitas animi ? ubi ingenuus virtu-
tis , ac castitatis amor ? ubi frons ? ubi
verecundia ornementum juventutis ?
quantum mutatus ab illo , qui antea deco-
rum spectaculum factus est mundo , Ange-
lis , & hominibus ? 1. Cor. 4. 9. Quomodo
obscuratum est aurum , mutatus est color
optimus ? denigrata est facies super carbo-
nes . Thren. 4. Recogita , quām tibi antea
fuerit jugum Domini suave , & onus leve .
Matth. 11. Quām infamem duram &
execrandam servitutem nunc servias sub
crudelissimo tyranno , Principe tenebra-
rum ! Iniquitates tuæ supergressæ sunt ca-
put tuum : onus grave gravatum est super
te . Psalm. 37. v. 5. Solve proinde vincula
colli tui captiva filia Sion . Isa. 52. v. 2.

Imitare , quem peccantem secutus es ,
jam pœnitentem filium prodigum. Is in
se reversus , & pristini statûs recordatus
dixit : surgam , & ibo ad Patrem meum , &
dicam : Pater peccavi in cælum & coram
te. Neque fortius dixit, quam fecit.

III. Sed quo vultu, quo oculo, de-
generem filium , probrum & infamiam
nobilis familiæ excepit offensus parens ?
quomodo ultus est injurias sibi, ac domui
suæ illatas ? Attendite portentum cle-
mentiæ paternæ ! Vix eum conspicatus
est â longè ad se venientem, misericordia
motus est , & accurrens cecidit super collum
ejus , & osculatus est eum. Et ut â servili
squallore eum liberaret , induit eum ve-
stimentis pristinis nobilibus, primâ stolâ,
dedit annulum in manum ejus , & calcea-
menta in pedes ejus , & occiso vitulo sagina-
tô , convocatisque musicis festivas epu-
las, & choreas instruxit. Hæc figura est
Clementiæ DEI, Patris optimi , cuius
miserationes super omnia opera ejus. Psal.
144. 9. Hic peccatorem longè â se remo-
tum ac errantem vocat , ei occurrit per
gratiam excitantem , inducit in cogniti-
onem infelicis statûs sui, venientem cum
corde contrito, precante inque veniam in
gratian recipit, induit pristinâ stolâ gra-
tiæ sanctificantis , restituit jus ad hæredi-
tatem paternam, reficit frumento electo-

rum , pascit suo corpore & sanguine , de
toto DEO saginat , ut loquitur Tertul-
lianus . *Quis pastor oves proprio pascit*
cruore ? prout ipse proprio sanguine etiam
te filium prodigum pascit , & per omnia
sibi coagmentat . Chrysost . Vide , quid a
te exigat status , quo liberatus es ; status ,
ad quem repositus es : beneficentia Patris
in eum te restituentis : Divinissimæ , qui-
bus reficeris , epulæ : ingratitudinis fœdi-
tas , si tantis beneficijs non correspondes .
Attende , quam modestum , humilem ,
obedientem , ac morigerum se erga Pa-
trem exhibeat filius prodigus jam in gra-
tiam receptus ; talem te tu quoque exhi-
be erga infinitè liberaliorem , misericor-
diorémque DEUM tuum . Fuge omnia
etiam minima , quæ DEO displicant ;
observa omnem ejus nutum ; quibusvis
obsequiorum generibus ejus tibi gratiam
stude demereri .

Lectio Thomæ Kemp . lib . 3 . cap . 10 .

Historia . Refert Valerius Maximus
dictorum , factorumque memorabilium
lib . 5 . cap . 9 . de parente , qui vitæ suæ fi-
lium insidiari comperit . Hunc proinde
in locum desertum , intra densa dumeta
secum ducit , ibidemque ei strictum mu-
cronem tradit , suumque Patris jugulum
præcidendum offert : nec venenô , nec
latrone ei ad peragendum parricidium
opus

opus esse affirmans. Quo facto non pau-
latim, sed magno impetu recta cogitatio,
ac filialis amor, simûlque pudor ac dolor
pectus juvenis occupavit, rejectoque gla-
dio: *tu verò inquit, Pater vive;* & si me-
am quoque vitam mihi indulges, hanc
totam novo & inaudito paterni amoris
portento tibi obstrictam habe; ne quæso
meus erga te amor inde sit vilior, quod à
penitentia oriatur. Furorem præteritum
majori corrigam amore. Vide Sodalis
MARIAnē, ut pari renovato amore
tu servias Patri tuo, se ipsum pro te ad
mortem crucis devoventi. Beneficia ejus,
libertatem tibi concessam ne iterum ver-
tas in jugulum Patris ad mortem usque
te amantis; ne eodem ferali iectu cor Pa-
tris transverbera, simûlque tibi filum
æternæ vitæ præcide. Vide, ne repeteret
cogatur querimoniam: *Filios enutriui,*
& exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Isa.
I. v. 2.

MEDITATIO VI.

De Tertio Christi Verbo in cruce.

Ecce Mater Tua. *Ioan. 19. 27.*

I. **M**Ajus priore spectaculum nunc
proponitur: servilis seditio con-
juratorum mancipiorum in Regem con-
cipit.

titatur. Hanc componere non valent
submissi per vices Regij ministri, quos
partim lapidibus obruunt, partim ferrō
cædunt. *Novissimè misit Rex filium suum,*
dicens: verebuntur Filium meum. Matth.
21. Sed & hunc crudelissimo facinore
priùs flagris dilaniatum, cruci affigunt.
Pendet ille in Calvariæ monte inter du-
os latrones medius: *& planta pedis usque*
ad verticem capitis non est in eo sanitas:
nihil in eo videtur nisi *vulnus, & livor,*
& plaga tumens. Isa. 1. 6. Cædis hujus re-
os quid aliud, nisi gravissimum manet
supplicium? Videtur spes nulla veniæ
neque à Patre Rege, neque à filio exspe-
ctanda.

II. Sed confide peccator: oculos tu-
os converte ad adstantem cruci Matrem
misericordiæ. Maximus quidem hujus
est dolor ob Filium tuo scelere cruci affi-
xum. *Imò nullus dolor amerior, quia nul-*
la proles charior. Tantus tamen simul est
amor Matris, & miseratio erga Te, ut &
Filius se ipsum, & illa Filium suum pro-
delictis tuis Patri offerat holocaustum:
unum holocaustum ambo pariter offerebant;
Mater in sanguine cordis; Christus in san-
guine carnis. Arnold. Carnot. Proinde, si
ad Patrem verebaris accedere, **JESUM**
tibi dedit Mediatorem. *Advocatum habe-*
re vis & ad ipsum? **Ad MARIAM re-**

cur-

currit Bern. De aqueductu. Auget Fiduciam ipsa vox Filij, eam tibi Matrem dantis: *Ecce Mater Tua!* Quæ verba non solum ad S. Joannem directa sunt, sed ut ait Guilielmus Parisiensis. possunt intelligi de quolibet devoto famulo Beatæ Virginis; imo ex mente Tauleri de omni credente in Christum.

III. Accede igitur corde contrito ad Matrem, & cum dolore ac fiducia clama: *Mater peccavi in cælum, in filium tuum, & in te; jam non sum dignus vocari filius tuus.* Tu pro me ad JESUM filium tuum perora pro venia delictorum meorum, & gratia finali. Reassume Materna viscera: *Monstra te esse Matrem.* Sed & tu in gratiam recepte peccator constanter deinceps monstra te esse Filium; illa tibi inter acerbissimos dolores sub cruce Mater facta est: noli eam offendere. Nunquam sanguinarias manus per peccatum extendes in filium, quin gladius per cor transeat MARIÆ. *Honorem habebis Matri tuae: memor esse debes, quanta passa sit pro te.* Tob. 4. Hic renova generalia & particularia proposita, facta in sancta hac recollectione, ut ea Beata Virgo Christo Crucifixo offerat, per ejus gratiam roboranda. Constantiam in bene cæptis, & gratiam finalem per ejus intercessionem implorare nunquam desine.

Le-

omnes curæ subserviant negotio salutis ;
& quæ huic impedimento sunt, eas peni-
tùs rescinde. In fuscipiendo quovis nego-
tio quære ex te : eritne ad salutem ani-
mæ ? si vel tibi scandalô fore putas, aut
aliorum ruinæ causam fuisse , faciant te
aliena , imò & propria pericula cautum.

2. Manè surgens mox mentem converte
ad tuum hoc negotium , & provide, quos
in eo hac die facere possis progressus, quæ
impedimenta declinare. Vespere ratio-
nem tecum ini per examen generale ,
quantùm profeceris , aut defeceris in hoc
negotio. 3. Timidus & sollicitus sis sem-
per pro salute tua , videns grandem ho-
minum ruinam : *cum metu & tremore sa-*
lutem vestram operamini. Philip. 2. v. 12.

4. SS. Sacramentis, tanquam institutis à
Christo salutis medijs, crebrò utere. 5. li-
bros spirituales sæpè volve , & ad audien-
dum Verbum DEI crebrò accede : per
hæc DEUS nobis loquitur : *Qui ex DEO*
est, verba DEI audit. Joan. 8. 6. declina
à malo, & fac bonum : *magis sat agite, ut*
per bona opera certam vestram vocationem,
& electionem faciatis. 1. Petr. 1. v. 10.

Lectio Thomæ Kemp. Lib. 3. cap.
32. & 47.

Historia : Nobilis quidam Gallus,
Francisco I. Franciæ Regi à secretis , ad
mor;

mortis confinia deductus, extremo cum dolore imprudentiam suam detestatus est, quod ad expedienda Regis negotia centum scapos papyri consumpscerit, scribendæ verò confessioni generali nec medium foliolum consecrârit, quo animæ salutem in tuto collocaret. *Est sapiens, animæ suæ sapiens.* Eccli. 37. v. 25. Providet primum animæ suæ, secutus monitum sapientis. Eccli. 5. v. 8. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.*

MEDITATIO II.

De Damnis provenientibus ex peccato mortali.

Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum DEUM tuum. Jerem. 2. v. 19.

i. **N**ihil saluti nostræ magis adversatur, quam peccatum mortale. Per hoc amittitur jus ad hæreditatem cœlestem, & incurritur reatus damnationis æternæ. Gratia sanctificans pignus est salutis æternæ: per eam efficimur filij DEI; si filij, & hæredes regni paterni in cœlis, hæredes quidem DEI, cōhæredes autem Christi. Rom. 8. v. 17. Ex quo infert S. Thomas. i. 2. q. 114. a. 3. quod

per

per dignitatem gratiae homo consors factus
Divinæ naturæ adoptetur in filium DEI,
cui debetur hæreditas ex ipso jure adoptio-
nis. Quàm pulchra est anima, gratiâ ve-
lut arrhâ hæreditarij regni cœlestis in-
structa, ornata annulo beatæ immortaliti-
tatis, socia Angelorum, Filia DEI, spon-
sa Christi, consors Divinæ naturæ, fugiens
eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ cor-
ruptionem. 2. Petr. I. v. 4. Deiformem
hunc animæ sanctæ decorem intuita ali-
quando S. Catharina Senensis, eam, ut
ipsa fassa est, Deæ instar adoratura fuis-
set, nisi fide prohiberetur. At si vel u-
num momentaneâ cogitatione plenè de-
liberatâ peccatum mortale committat,
ecdem momentô soliatur omni suo or-
natu & gratiâ, exuitur jure hæreditatis
pristinæ, fit objectum vindicis infinitæ
justitiæ Divinæ, scopus maledictionis
perpetuæ, mancipium dæmonis, capti-
va inferni; inustum portat teturum stig-
ma damnationis æternæ: cadaveri homi-
nis similior est, quàm homini viventi.
Nam ut reetè ait S. Chrysostomus: *quod
anima est corpori, hoc gratia est animæ.* Re-
cedente animâ mox corpori corruptio, putre-
do, vermis succedit: recedente Christi gra-
tiâ venit in animam corruptio criminum, vi-
tiorum putredo, vermis conscientiæ. Fœ-
dum profecto cadaver, destitutum vitâ
spie

spirituali, augefcente scelerum carcino-
mate abominandum, notatum stigmate
promeriti inferni. Quàm justè anima
ob crimen Majestatis cœli exors, orco de-
vota infelicem statum suum deploraret,
quia & olim Esau ob amissum longè infe-
rius jus primogenituræ, & benedictio-
nem paternam *auditis sermonibus Patris*
irrugijt clamore magno consternatus. Gen.
27. v. 34. *& flevit ejulatu magno.* v. 38.

II. At, quod alterum est maximum
animæ peccatricis infortunium, peccatō
excæcata est, non agnoscit statum suum
execrandum, quin velut magnum operæ
premium fecisset, quòd pro momentanea
voluptate vendiderit jus primogenituræ,
& nobilissimæ hæreditatis, *lætatur cùm*
malè fecerit, & exultat in rebus pessimis.
Prov. 2. v. 14. ac jactabunda exclamat:
peccavi, & quid triste accidit mibi? Eccli.
5. v. 4. Fide eam excidisse credideris, ita
delirat: cœlum se amisisse non ægrè fert;
tripudiat, quòd captiva inferni facta sit,
& ad orcum trahatur *vinculis tenebrarum,*
Sap. 17. v. 2. Quaquà incedit, magna ubi-
que præcipitia sunt, dilatavit infernus
os suum ad eam absorbendam; ea tamen
immemor periculi, improvida futuro-
rum currit, quà eam sua temeritas ducit:
excæcavit eam malitia ejus. Sap. 2. v. 21.
Hæc cæcitas fructus est peccati: ambula-

verunt ut cæci , quia Domino peccaverunt.
Sophon. i. 17. Accedit obduratio cordis ,
quâ resipiscere non vult : *impius cùm in
profundum venerit , contemnet.* Prov. 18.
Pallium cœcæ & obstinatæ temeritatis
profert : tempus aliquando abundans su-
perfuturum pœnitentiæ agendæ. Sed

III. Hæc tertia gravissima impiorum
infelicitas est , quòd non timeant imple-
re mensuram scelerum suorum. *DEUS*
*omnia in mensura , numero, & pondere dis-
posuit.* Sap. ii. v. 21. Hinc numerata
etiam habet peccata , quæ toleraturus
est ; his completis justè decrevit eos ex-
terminare , & sine misericordia inferis
addicere. Toleravit *DEUS* Amorrhæ-
os , & Chananæos ob causam : *Necdum*
*enim completa sunt iniquitates Amorrhæo-
rum usque ad præsens tempus.* Gen. i 5. v.
16. Completo hoc numero tradidit eos
Israëlitis ferro & igne exterminandos.
A quo exemplo (verba sunt S. Augustini
de vita Christ. cap. 4.) *manifestissimè in-
struimur , & docemur , singulos secundum
peccatorum suorum plenitudinem consumari ,*
*& tamdiu ut convertantur sustineri , quam-
diu cumulum suorum non habuerint delicto-
rum consummatum.* Pari ratione ante ex-
terminium *DEUS* recensuit , quæcunque
mala fecit Amalec Israëli i. Reg. i 5. v.
3. & de Damasco , Tyro, aliisque civi-
tati-

tatibus ait : *Super tribus sceleribus: & super quatuor non convertam, sed mittam ignem, disperdam, peribunt.* Amos 1.
Quanta ergo insania, cum temeraria præfidentia accumulare peccata peccatis, & non metuere complendam mensuram iniquitatum. Vetera proinde peccata per pœnitentiam abolenda, & quodvis novum peccatum ut fatale metuendum. Ad id implorandum auxilium gratiæ Divinæ, expetenda intercessio B. M. V. & Angeli Tutelaris, roboranda indies proposita, vitanda pericula, perversi socij, libri minùs verecundi; passio prædominans præcipue mortificanda; castitas, & Angelica sensuum modestia colenda. Ubi in discrimen adducitur æternitas, nulla cautela est superflua. Castus timor, & amor DEI fulcrum, & ornamentum est juventutis.

Lectio Thom. Kemp. lib. 4. cap. 7.

Historia: Dum anno 1720. Cæsar Augustæ templum ingreditur Dynasta quidam intercedente S. Dominico, tunc concionante, infelix ejus animæ status omnium oculis patescit, simûlque in templo horror, trepidatio, fuga exoritur. Videbatur nempe inferni catenis vincitus à dæmonibus teneri, quaque fædi satellites raptarent, caput ac membra versare. Exultabat interim de superbia & lu-

xu suo infelix homo , donec portentum
hoc edoctus , ac in lacrymas solutus, per
sacramentum pœnitentiæ peccatis , si-
mùlque inferni vinculis se expediret.
Annales Dominicanorum p. I. cap. 43.
Si quem (verba Tauleri sunt) DEUS
permitteret videre peccata sua , sicut ea
ipse videt, præ dolore & verecundia mox
rumperetur cor illius , aut sensibus de-
stitueretur. Attende infelix anima ,
quām vīlis facta es nimis iterans vias tuas.
Jer. 2. *Facti sunt abominabiles sicut ea,*
quæ dilexerunt. Oſeæ 9. v. 10.

MEDITATIO III.

De morte peccatoris.

Cor durum habebit male in novissimo.

Eccl. 3. 27.

I. **D**icta hactenus mundus risu exci-
pit ; & tam grande malum esse
peccatum passim suo exemplo refutant
mortales , dum bibunt quasi aquam iniqui-
tatem. Job. 15. v. 16. Voluptates scele-
stas dimittere , peccatis valedicere, um-
bræ ipsis videntur , prout olim resurre-
ctionem Christi credere nolentibus A po-
stolis visa sunt ante illos deliramentum ver-
ba ista , & non crediderunt illis. Luc. 24.
At quos nunc excœavit mundus , caro,
& dæmon, ad aliud vos provoco tribunal,
ubi

ubi vos ipsi judices eritis , & rei, & testes
in propria causa. Tribunal hoc est le-
gatus morientis: ibi morituri discutite ve-
ritatem dictorum nostrorum , & justum
judicium judge. *O Mors bonum est ju-
dicium tuum.* Eccli 41. Quam viventes
& videntes noluistis videre veritatem ,
caligantibus in mortem oculis clarissimè
perspicietis. *Quæ nunc videntes non vi-
dent.* Matth. 13. v. 13. non videntes
videbunt

II. Obijciamus ergo oculis nostris
feralem lectulum, ex quo intra horæ spa-
tium peccatori erit iter æternitatis in-
grediendum. *Quæ ei mens sit , quis ani-
mus , exploremus.* *Intra ipsum dolor &*
angustiæ : supra ipsum terrores & minæ :
*infra ipsum promeritæ pœnæ , & exter-
minium.* Ordiamur à primo : *intra ipsum*
dolores mortis , sudor mortualis , defe-
ctio sensuum , corporis in cadaver reso-
lutio, objectus sepulchri horror, impen-
dens animæ è corpore exilium , ob quæ
sola Aristoteli mors *terribilium omnium ter-
ribilissima* est visa. *Quàm durum erit se-
parari à bonis omnibus amatis!* quàm do-
lenter ingemiscet : *siccine separas amara
mors !* 1. Reg. 15. v. 32. *Quid prodest ,*
*quidquid terrenum & mortale magno la-
bore , & sudore comparavi ? quid prodest*
etiam Regem esse , nisi quod cruciat fuisse ?
aje-

ejebat moriens Philippus III. Hispaniarum & Indiarum Monarcha. Longè acerbior erit animæ dolor propter obversantem memoriam commissorum delictorum, propter quæ *infra se* cogitabit patentem infernum, ad quem præcipiti cursu, dum viveret, ferebatur; cogitabit expectantes sui è corpore egressum dæmones, quibus se incautè mancipavit. Propter hæc præsentire videtur pœnas inferni sibi præparatas. *Circumdederunt me dolores mortis; & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.* Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis. ps. 17. Fors verò solatium aliquod supræse inveniet à cœlo? à Tutelari Angelo? à DEO? At haec tenus contempsit cœlum, pro nibilo habuit terram desiderabilem. ps. 105. Cùm potuit, non voluit: *nunc clausa est janua.* Matth. 25. Angelum suum bonum à se rejecit postpositum diabolo, nunc recedit ab ea dicens: *Curavimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Jerem. 51. DEUM ipsum offendere, invitante misericordiam spernere, provocare iustitiam non est verita, nunc hic vocat ad reddendam rationem, ad promeritatem, prout gessit in suo corpore, mercudem recipiendam. *Cogitandum valde est,* monet S. Greg. hom. 39. in Evang.

quantum nobis erit terribilis hora resolutionis , qui pavor , quanta tunc omnium malorum memoria , quæ oblivio transactæ felicitatis , quæ formido , & consideratio judicis ?

III. Ex his agnosce , quantum in agone , erit pondus , peccatorum tuorum , quod nunc per summam imprudentiam leve esse putas . Nunc onus hoc longè proijce abs te , dum tempus habes , ne in agone illo pressus opprimaris ruinâ sempernâ . Non differ conversionem in finem *Vix de centum millibus hominum , quorum mala fuit semper vita , meretur a DEO habere indulgentiam unus.* Hieron. Arnulphus Flandriæ comes ad recuperandam valetudinem noluit admittere sectionem , ex qua , eodem morbo laborantes novemdecim sunt sanati , unicus peregit . Tu te exponis periculosa aleæ , probè conscius , quòd ex centum millibus vix unus salvetur , reliqui omnes pereant . *Summa dementiae est ob res leves discrimen ingens subire.* Appianus de bello Hisp. Provide nunc , quæ tunc tibi profutura , aut obfutura sunt : fac ea , quæ moriens facta fuisse voles . Mortis memoriam ex animo nonquam dimitte : hæc rectè vivendi , & rectè moriendi magistra est . *Vivere totâ vitâ discendum est ; & quod magis mirabere , totâ vitâ discendum est mori.* Sen. de brevit. vit. cap. 7.

Lc.

Lectio Thomæ Kemp. lib. 3. cap. 4.

Historia : Refert Cœsarius histor. memorab. lib. 2. cap. 12. quod juvenis pessumdatiſ fortunis ſuis, dœmonem ex orco evocârit; hoc ſuadente DEUM negavit, MARIAM tamen noluit ejurare. Reus tam multipliciſ ſceleriſ tem- pluſ ingreditur, ante aram principem ſe proſternit, ubi DEIparæ imago viſebatur, Filium ſuum ulniſ complexæ. Cùm diu corde contrito Virginis opem obteſtatuſ eſſet, imago Virginis, velut animata, pro pœnitente apud Filium perorat; at hic faciem oculosque ab im- pio, & perjuro avertit. Instat MARIA, déque loco ſurgit, & ad pedes provolu- ta: per Virginea, quæ laetabant, ubera, pérque maternuſ ſuum, quo eum ſem- per complexa eſt, amorem, veniam ſce- lerato deprecatur. Ad hæc filius Ma- trem è terra ſublevans; repulſam inquit, O Mater, à me ferre non potes; ſimul ad peccatorem converſus, eum peccato- rum veniā donatum, recipit in gratiam. Recte Bernardus: Filioli! hæc peccato- rum ſcala, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio ſpei meæ!

O. A. M. D. G.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
7010
7011
7012
7013
7014
7015
7016
7017
7018
7019
7020
7021
7022
7023
7024
7025
7026
7027
7028
7029
7030
7031
7032
7033
7034
7035
7036
7037
7038
7039
7030
7031
7032
7033
7034
7035
7036
7037
7038
7039
7040
7041
7042
7043
7044
7045
7046
7047
7048
7049
7040
7041
7042
7043
7044
7045
7046
7047
7048
7049
7050
7051
7052
7053
7054
7055
7056
7057
7058
7059
7060
7061
7062
7063
7064
7065
7066
7067
7068
7069
7060
7061
7062
7063
7064
7065
7066
7067
7068
7069
7070
7071
7072
7073
7074
7075
7076
7077
7078
7079
7070
7071
7072
7073
7074
7075
7076
7077
7078
7079
7080
7081
7082
7083
7084
7085
7086
7087
7088
7089
7080
7081
7082
7083
7084
7085
7086
7087
7088
7089
7090
7091
7092
7093
7094
7095
7096
7097
7098
7099
7090
7091
7092
7093
7094
7095
7096
7097
7098
7099
7100
7101
7102
7103
7104
7105
7106
7107
7108
7109
7100
7101
7102
7103
7104
7105
7106
7107
7108
7109
7110
7111
7112
7113
7114
7115
7116
7117
7118
7119
7110
7111
7112
7113
7114
7115
7116
7117
7118
7119
7120
7121
7122
7123
7124
7125
7126
7127
7128
7129
7120
7121
7122
7123
7124
7125
7126
7127
7128
7129
7130
7131
7132
7133
7134
7135
7136
7137
7138
7139
7130
7131
7132
7133
7134
7135
7136
7137
7138
7139
7140
7141
7142
7143
7144
7145
7146
7147
7148
7149
7140
7141
7142
7143
7144
7145
7146
7147
7148
7149
7150
7151
7152
7153
7154
7155
7156
7157
7158
7159
7150
7151
7152
7153
7154
7155
7156
7157
7158
7159
7160
7161
7162
7163
7164
7165
7166
7167
7168
7169
7160
7161
7162
7163
7164
7165
7166
7167
7168
7169
7170
7171
7172
7173
7174
7175
7176
7177
7178
7179
7170
7171
7172
7173
7174
7175
7176
7177
7178
7179
7180
7181
7182
7183
7184
7185
7186
7187
7188
7189
7180
7181
7182
7183
7184
7185
7186
7187
7188
7189
7190
7191
7192
7193
7194
7195
7196
7197
7198
7199
7190
7191
7192
7193
7194
7195
7196
7197
7198
7199
7200
7201
7202
7203
7204
7205
7206
7207
7208
7209
7200
7201
7202
7203
7204
7205
7206
7207
7208
7209
7210
7211
7212
7213
7214
7215
7216
7217
7218
7219
7210
7211
7212
7213
7214
7215
7216
7217
7218
7219
7220
7221
7222
7223
7224
7225
7226
7227
7228
7229
7220
7221
7222
7223
7224
7225
7226
7227
7228
7229
7230
7231
7232
7233
7234
7235
7236
7237
7238
7239
7230
7231
7232
7233
7234
7235
7236
7237
7238
7239
7240
7241
7242
7243
7244
7245
7246
7247
7248
7249
7240
7241
7242
7243
7244
7245
7246
7247
7248
7249
7250
7251
7252
7253
7254
7255
7256
7257
7258
7259
7250
7251
7252
7253
7254
7255
7256
7257
7258
7259
7260
7261
7262
7263
7264
7265
7266
7267
7268
7269
7260
7261
7262
7263
7264
7265
7266
7267
7268
7269
7270
7271
7272
7273
7274
7275
7276
7277
7278
7279
7270
7271
7272
7273
7274
7275
7276
7277
7278
7279
7280
7281
7282
7283
7284
7285
7286
7287
7288
7289
7280
7281
7282
7283
7284
7285
7286
7287
7288
7289
7290
7291
7292
7293
7294
7295
7296
7297
7298
7299
7290
7291
7292
7293
7294
7295
7296
7297
7298
7299
7300
7301
7302
7303
7304
7305
7306
7307
7308
7309
7300
7301
7302
7303
7304
7305
7306
7307
7308
7309
7310
7311
7312
7313
7314
7315
7316
7317
7318
7319
7310
7311
7312
7313
7314
7315
7316
7317
7318
7319
7320
7321
7322
7323
7324
7325
7326
7327
7328
7329
7320
7321
7322
7323
7324
7325
7326
7327
7328
7329
7330
7331
7332
7333
7334
7335
7336
7337
7338
7339
7330
7331
7332
7333
7334
7335
7336
7337
7338
7339
7340
7341
7342
7343
7344
7345
7346
7347
7348
7349
7340
7341
7342
7343
7344
7345
7346
7347
7348
7349
7350
7351
7352
7353
7354
7355
7356
7357
7358
7359
7350
7351
7352
7353
7354
7355
7356
7357
7358
7359
7360
7361
7362
7363
7364
7365
7366
7367
7368
7369
7360
7361
7362
7363
7364
7365
7366
7367
7368
7369
7370
7371
7372
7373
7374
7375
7376
7377
7378
7379
7370
7371
7372
7373
7374
7375
7376
7377
7378
7379
7380
7381
7382
7383
7384
7385
7386
7387
7388
7389
7380
7381
7382
7383
7384
7385
7386
7387
7388
7389
7390
7391
7392
7393
7394
7395
7396
7397
7398
7399
73

m
o
n
e
t
u
l
s
C
G
L
B
I
S
G
D
H
M
I
O
P
R
U
A
W

